

1527 Ceratinus deer 171

am. 171

Med. No. 407

171


**IACOBI
CERATINI DE SONO
LITERARVM, PRÆ-
sertim Græcarum Libellus.**

QVINTILIANVS
lib. primo.

*An cuiuslibet auris est exigere literarum sonos
non hercle magis, quam nervorum.*

Antuerpie apud Ioannem Grapheum.
ANNO M. D. XXVII.

DES. ERASMO ROTEMANORUM
RODAMO IACOBI
CERATINI S.



Inter multa & uaria munerā,
quibus ornauit Deus hominem,
atq; ab alijs separauit animantibus,
non in postremis ponenda
est loquendi facultas. Oratio: cuius
quantitas sit & uis & suauitas,
perspicue cognorimus, si consideremus,
quantum uicibus uocis humane sonus omnem excellat
musicam: quam uel inflatu, uel fribus, aut alia arte
constare uidemus. Hic uero quantum sit discretiuius
per spexerimus, si intelligamus omnia illa
quantumuis suis illecebris demulceant aures,
non esse, nisi adumbratam quandam imaginem soni
illi, quem uox nostra sincerā fundit: ad quē
quanto accedit imitatione propius, hoc iudicatur
naturā sensu perfectiora. Et quidem, cum is
nullo adminiculo adiuncto sit uirtutis tam efficacis,
ut animum excitet, deprimat, incitet, reuocet,
nunc gaudio, nunc merore, alias spe, metu alias
impleat, & omnino tot afficiat modis, quot nobis
affectus indidit natura. Principio, quid non faciat
et accedens eo uox certa comprehensione literarum
& uerborum libere quidem profuens, sed
tamen tanquam articulis quibusdam & membris

A 2

distin



distincta, & illigata nervorum vinculis. Deinde
vero, ut non detur sine mente sonus, quid non ef-
ficiat eodem insuper veniens sententia, orationis
vita. Nam verba corporis, sententias animæ locū
obtinere dixerimus. Hinc ille modulatissimus can-
tus, qui feras, arbores, fluviōs, durissima saxa mo-
uisse, & voluptate delinuisse dicitur, cum primo
regnare cepisset. Hic illa flexanima suadela, cō-
modius Græcis dicta πειθώ, quam non sine causa
rerum reginam vocavit Euripides. Huius diuinæ
rei, hoc est, orationis, cum moderatrix sit pronū-
ciatio, ea autem suos habeat sonos, quorum natu-
ram primæ illa orationis elementa complectitur.
Age experiamur, possimus ne aliquid inuestigari
do consequi, quod viam nobis aperiat ad cognō-
scendū, quæ literæ sit unius cuiusq; natura, quæ
virtus, quæ formandæ uocis ratio, quæ res ad per-
spiciendam orationis naturam alioqui latentem,
cum sit necessaria, tum scitu est iucundissima. Vt
enim medicus citra anatomiam (quam uocant) cor-
poris humani & membrorum rationem cognosce-
re non queat, ita nec orationis naturam satis hie-
beas exploratam, nisi facta dissectione quadam mē-
bratim primo singula inspicias, deinde in ipsa pri-
ma resoluas elementa. Tu uero *επεὶ μωρὸν ἔστι*
Erasme, boni consulas oportet, si amabilis tui no-
minis auspicio in presenti abuti uideamur, præ-
sertim

sertim quum id non faciamus, ut fieri solet, aut
patrocinij libell' eblandiendi, quum talem patro-
num non mereatur: aut noui fauoris mihi conctō
liandi, cum uetus tuum erga nos studium semper
fuerit uel nimum. Multo uero minus beneficij ca-
ptandi causa, quando, benignius mihi non semel
fecisti, q̄ uoluntas mea tulerit. Et omnino tua in
nos merita, maiora sunt, quam sustinere possim.
Sed ista de literis tibi literariæ rei principi, eo
tantum offerimus animo, quo superstitiosa, sed mi-
nime ingrata uetustas Cereri & Baccho su-
as pruitias consecrabit, tamesi crederet
eos illarum non modo non indigers,
sed ut auctores etiam ac datores
eandem ueneraretur.

Bene uale. Louanij

Cal. Iulij.

A 3

Qm

B.

Ordine quidem proximum, sed uirtute res motissimum est, cui inter illa numeretur, quae ob soni inopiam $\epsilon\phi\omega\upsilon\alpha$, id est, non sonantia sua muta nominentur. Est autem adeo impediti, & obscuri, aut potius nullius soni, ut irrito conatu laboret dum exitum parat, & quidem frustra niteretur, nisi uocalis subueniret, quae ueluti inclusam & uinctum eripiat ac soluat, quo uitio & caetera laborant muta. Profertur summus labris, quae antea comprimuntur, uocale $\beta\epsilon\sigma\upsilon\upsilon\mu$ alioqui, & ligatum sonum foras mittente, & uinculis liberante. Quanta hoc duricie aut mollicie fieri debeat, opinor, colligi etiam posse ex duabus mutis ϕ & π inter quas est media, ratione $\epsilon\upsilon\chi\upsilon\sigma$ $\gamma\iota\alpha\varsigma$. Qui censent mollius esse pronuntiandum Graece η Latine, uideant quid praescribant. Non aliter Graece η Latine esse enuntiandum, ego uel Cicerone teste probaro, Is libro nono Familiarium Epistolarum, in epistola cui initium: Amo uere $\epsilon\upsilon\chi\upsilon\sigma$ $\gamma\iota\alpha\varsigma$ uocabulis de uocabulis obscaenis, haec scribit Cum loquimur terni, nihil fugit dicimus, & cili bini, obscenium est, ex quibus uerbis liquet eruditissimum illud Ciceronis seculum non secus pronuntiasse β Graece, η b Latine, nam bini, quo numerum significauit Latini, & $\epsilon\iota\upsilon\epsilon\iota$ quod Graecis obscenium est uerbum, ita pronuntiabant, nullum ut esset

esset in uocibus soni disserimen, quanquam arbitror Latinum b profertur a nobis nunc paulo diuinus, η satis est.

T.

Profertur lingua excitante se uersus interioriorem palati partem, ubi obtusior quiddam sonus retrorsus coire uidetur. Ad eundem modum finguntur χ & χ , quae huic sunt $\epsilon\upsilon\chi\upsilon\sigma$ $\gamma\iota\alpha\varsigma$ id est, coniugata, nisi quod aspiratione & tenuitate soni discrepant, Inter quae, ut uirtutis, ita & soni est medijs.

A.

Profertur illudente se lingua suprema summo oris caelo, demum illinc se se reijciete et sono praebente exitum circa dentes superiores, ita ut primo imos, post superiores dentes leuiter incuruata feriat. Idem fit in promendis θ & τ , quae huic sunt $\epsilon\upsilon\chi\upsilon\sigma$ & naturae lege coherentia.

E.

Inter uocales natura non ita resonans, segnius os diuicit, atque istu circa arteriam fertur languidior, superiorem richum aliquo modo deprimit, & utrinque lingua in molares impingit. Caeterum, quia uocalis, nulla non est consonante praestantior, & litera i non paulo plenior, quod & Cicero palam facit lib. 3. de oratore

Z.

A S Z du



Qui ab aliis, quam Hebræorum gente, originem accepisse literas existimant, longissime mihi uidentur à uero recedere. Quid enim huiusmodi rerum, aut non post additū fuit illi nationi, ante primis illis generis nostri parentibus datum fuerat, non multo post conditum mundum, ut necessarie artes, usus uini, nauigijs, legum, & similibus. Quod reliquarum gentium impietas non agnosces, quiduis maluit, & quidem impudentissime, ridiculeque cōmmissi A ueritati subscribere: ne uel sic Dei nomen per ipsius donat, gloria illustraretur. Quicquid est industriæ necessariæ ad uitam mortaliū sustinendam id à primis parentibus, quicquid post accessit humanitatis & ueræ elegantiae, ab illis equidem credo deriuatum esse in cæteras nationes, nam eam gentem instituisse Deum ipsum ad omnem humanitatem, & rectum cultum sacra testatur uoluntatis. Hinc tota Asia excoli cæpta est, hinc Ægyptus literis & moribus erudita, hinc propagantibus se diuinis donis, ut sit, Græcia, & reliqua tandem Europa cepit isdem frui bonis, sed eorum autore minime cognito, donec ipse miseratus tenebras nostras, sese nobis, per uerbum suum reuelaret. Sed iam rem ipsam inuenta origine

A 3

egge

egrediamur.

A.

A igitur, ut ordine, ita & soni præstantia elementorum est primum. Profertur aëria (per quam uox omnis funditur) spiritum continente, ore figuram (quam natura dedit) seruante inuicem ab omni rictu, lingua pendula & leuiter reducta, alias quiete prorsus aëre. Sed nunc breuiorem, nunc longiorem sonum accipit, quod et reliquis duobus accidit, quæ dicitur quasi bitempora vocant, i & u, cum longum habentur, omnino absolute uirtutis & sonantissimi est. Nam hic aperit os se liberius, & spiritus sursum uertitur, quo omnis sonus natura fertur, palatum petit sono productione. Cum in breuibus numeratur, concise magis pronuntiantur unico spiritus ictu, arteria minus diu occupata. Hanc accipiem naturam apud Latinos habent quinque uocales omnes, ut nunc breues, nunc longiores occurrant. Vocalium autem ut quæque est optima, ita soni existit expeditissimi, plerissimi, lætissimi: efficitur ut os hilaritate quadam renideat. Bonitatem si spectemus, hic fuerit ordo α, π, ε, ρ, ε, tim si longum sit, ω, υ, ο, ε, ι. Apud Latinos, a, e modo producat, nam breue penultimum locum tenet, o modo longum, u, i.

A 4 B Ordine

Z duplicem, hoc est, duorum elementorum accipit sonū, uidelicet ξ & Δ cuius fingent rationem, ex simplici ϵ natura cognoscere, nisi quod nimius ille susurrus literæ ξ , hic temperatur. sicq; multo leuior, quod & reliquis duabus duplicibus contingit. Vnde fit ut, tamesi σ in suam litteram accipiant soni tamen sint, ut in suo genere, laudatissimi, nam soni præstantia antecellunt omnes semiuocales, quæ inter consonantes dignitate præminent. Porro ρ inter duplices, quod & Quintilianus lib. 12. satis testatur, iuctilissime sonat, adeo ut spirante illius sono ipsa oratio ueluti exillare scens reideat, quod animaduertas in Zephyrus Zopyrus & similibus.

H.

H dignitate proximum est litterarum principis, quam tamen facile uincit, si corripiatur Exitum habet minime impeditum, & sonū reddit & quabili tenore linguam quiescentem transeunt qui, quod soni proprium est, in sublimi fertur, parcius tamen os aperit quæ productū, unde licet cere dem prorsus alium ex M. Varrone intelligas, qui lib. 2. de re rustica, docet capras & oues Græcis fuisse dictas $\mu\lambda\alpha$, quod sonare uidentur mee, duplex uidelicet ee, quod quod esse dicamus nisi meriti? cuius rei ipsa etiam figura nos admonet, probabile

bile est enim, primam eius figuram fuisse duo esse coniuncti loco istius quam nunc pingimus, sicut in usu uenit, De sono nullum relinquitur dubium cum Latini semper in a uel in e longum uertant, idem demonstrant uerba $\mu\lambda\alpha$ & δ , id est, capre & primum, nam ut oues bec, ita capre nec potius uidentur sonare.

O.

O cum sit ex numero mutarū, nullam habet edendi soni facultatem, nisi uocalis laborum & dentium claustra reseret, fingitur ut d, sed propter infirmam aspirationis naturam, liberius linguam impellit uer sus dentium discrimina. In huius prolatione uideo quosdam anserinum sibilum, (quem uocant) ambitiose nimis consecrari, quem, quare magis hic requirant quæ in ϕ & χ , sane uelim auilire. In usurpatione uulgarium linguarum puta teuthonica uel gallica, idiotæ solo naturæ sensu animaduertere cernuntur, ubi, quæ quæ decore literæ tenuit aspirationē addere cōueniat, quod uidere liceat, consensu scriptam eius generis dictionem, cū pronuntiatione, qua ab illis promittitur

I.

Inter uocales postremæ notæ est, cum nulla sonum edat exitū magis, etiā tum, cū producit quod & Plato indicans, accomodat aut esse ad ex

ad exprimendas res subiles & penetrabiles; quod declarat, ut ait, *ἰσχυρὰ ἢ ὁμοίως*. Dicitur profertur, ictu quodam petit ultimos dentes, quos genuinos appellat, nasciturq; circa primores dentes colliso spiritus, neq; os multum aperitur, neque labra hoc præstant, ut os illiusiore & hylariore sono renident, Quod Vergilius habes per spectum: Olli subridens dixit, non illi, cum subridens esset ridendi nomen, à quo natura literæ iest aliena. Hæc mihi causa uidetur mutatae literæ si enim propter magnificentiam solum feret, quod postulat heroiæ carminis maiestas, quam causam adfert phanorinus Gellianus, cur istuc magis fiat hic, q̄ in alijs. Huius autem literæ exilitas nō ita est exanguis & tristis, ut non suo loco amantissis uel plurimum adducat uentis gratilitate, quæ de causa apud Latinos non raro in locum e misgrat accita.

K.

K sonum concipit, eadem ut dictum est conforatione oris, qua γ, tenuitate quam possulat excepta. In triplici illo ordine mutarū, id per q̄ pulchrum est & commodū: quod natura unitus literæ p̄ta intermedie cognita, noris item reliquarum duarum, tenuis & aspiratae. Hæc nostrā tēporā, nusquam magis, q̄ in huius elementis pronunciatione discrepant, alijs ita profertur, ut

interser

interdum ad e proxime uidetur accedere, nōnnullis sic, ut de sono τ, aliquid admixtum putes, quæ tamen prolatio, meo iudicio, conuenior existit superior, & eā quidā amplectuntur lubentius, quod e Græcia qui nostro seculo ueniunt, ita sonare uidentur, quod, ut alicuius momenti esse fateor, ita negato esse satis ad probandum, eum esse sonū legitimum, cum Græcæ linguae, non minus, q̄ Italorū sit uisitata & barbarie contaminata. Ego nō turam illius illesam conseruari arbitror, si ubiq; pronuntietur, ut omnes id pronuntiant, uelint, nō sint, in ipso elementi nomine Cappa, ubi proprie uim soni exprimi p̄ficuū est, ut in κῶλον, κῶμα καὶ κῶλον κῶτον, ubi proprietatis soni ad amissim obseruatur. Neq; nos absterre debet, quod Latine eorum cerna cingo & eius generis plurimæ sic profertur, ut in obscuro sit, nisi quis orthographiam teneat, sit primum elementum sanctum quando id fieri uitiose, non est opinor, qui dubitet.

A.

A plenum dulcedinis & amonitatis elementum, mira suauitate auribus illabitur. Profertur lingua pulsante palatum, ore satis rotundo & ad hilaritate composito, labrisq; uis uime cōpressis, libere profluentem sonū fundes.

M.

M com

Mcompressis labris concluso ore sonum col-
ligit in interiori oris parte, quem mugitu
quodam non sine molestia extrudit. Inse-
licitas eius potissimum apparet, cum claudat di-
ctiones, quod quom Latina lingua nimis q̄ sepe
patiatur, habetur & ipsa infelicio. Græca, cum in
nulla dictione ferat, hoc etiam nomine censetur
beator. Huius elementum mugientem sonum fugi-
entes Poëta Latini curant id elidendum in carmi-
ne, sequente uocale.

N .
citra laborum compressionem in oris in-
teriori recessu fingitur, spiritu quidē per-
tente nares, sed sono per oris exitum me-
ante, quem iucundum habet, et in sine suauiter tin-
nientem. Quare Græci lingua mortalium felicis-
simi, hoc libenter suas uoces claudunt, quod Lau-
tinis rarissime contingit.

Ξ .
e duarum literarum, x. et σ, natura tempera-
tur, ac sonum utriusque, mixtum complecti-
tur, quem adeo non habet contractum & ieiunū,
ut uastior à quibusdam iudicetur. Eius fingendi
ratio ex simplicibus colligitur, quam uero sit non
intucuda auribus litera Artici testantur, ex illis
simi omnis elegantie iudices, qui sepe repudiato
& amplectuntur, ut amabiliorem ζ, nam hic, ut di-
cum

Eum est, surretum illum & fertitatem facta tem-
peratura deponit.

O .
μωσρ ipso nomine natura sue rationē
indicut, etenim non tam est figura contra-
ctum, quam sono non amplum. Dignitate au-
tecellit, quantitate temporis sibi parem literam,
estq; soni letioris, os enim recludit apertius, icū
uero circa arteriam accipit plenorem.

P .
ut natura est elementorum, que ψλα uocat
tenuem sonum sortitur, summis labris expro-
mitur, sonum non ederet, nisi uocalis succurreret
herenti, quod uitium & ceterorum que ἀφωα
uocant, commune est omnium.

S .
secundum Platonem, est ueluti instrumentū
per idoneum omnis motionis. Profertur con-
citatus, lingua ad palatum iuxta dentes excitata,
& summa sui parte, spiritu elisam uibrante, icū
quodam tremulo, tam horrifico sono auditum ex-
asperans, quam λ eundem soni dulcedine blandi-
ens demulcet, & ut natura est impetuosa, ita &
masculi est roboris, unde & oris firmitudinem
requirit.

Σ .
inelegantis et iniucundi habetur soni, sibilū
potius

potius asserunt, serpentium & similitum animalium repraesentans, quam humane uoci splendorem concilians, unde primi illi scriptores eo parcissime sunt usi, adeo ut teste Demetrio phalereo odas totas uidere licuerit, ubi nullum inesset. Proferitur lingua sua sum adducta ad palatum, cuius medio spatio spiritus fertur, & circa dentes exiliter angustum & quodam modo tristem sibilum expellit. Verum natura eius emendatur & tanquam mansuescit in duplicibus.

T ut ceterae uocis, ori exhibet plusculum negotij. Quod & Lucianus significans indudam uocem humanam intorqueat ac dilacerare conatur, praeter soni tenuitatem formatur ut hoc elementum apud Atticos & Dores frequenter sua eicit possessione, alijs quoque eadem licentia motum: Vide Lucianum ludentem in iudicio uocabili.

Y profertur contrahentibus se utrinque labris, ubi sonus angustia quadam premi uidetur, eadem ratione fingitur u Latinis, nisi quod dum coeunt labra sicut productiora non sine suauitatis iactura, cum u multo spiret suauius, ut mirabile sit haec dulcedinem, aut uix, aut ne uix quidem, sed potius nullo modo, percipi, dum nunc audimus pronuntio

antes

antes uerba graeca aut latina, quae u suo dulcissimo sono non uulgariter auribus comendaret, praesertim, cum in barbaris linguis eius penes natuum sonum, placide fluentem frequenter percipiamus auribus, quae de causa in eorum orthographia, graecum ut nunc uocant, passim occurrit, Ex hoc solo elemento Aristophanes in sua Pluto totum conficit uersum Iambicum trimetrum ut uo uo uo uo uo, quo tantum, ut ego quidem arbitror, gestum & praenares statim exprimit, eorum, qui aliquid ofuscantes, odoris genus exactius diiudicare & percipere conantur, quare clauso ore, naribus modo spiritum reuocantibus est efferendus, si tamē hoc est efferre, Et hoc quaecumque est, nonnihil faciat ad cognoscendam elementum naturam.

Φ. X.

φ et χ utrumque noris, cognito utriusque uel medio uel tenui elemento, non sis modo ne cuius accessio nem fieri per aspirationem, quae dignitatis quendam gradum addit. Ex mutis enim primam locum obtinent, quorum dignitas aspiratione amplificatur proximum, quae medio inter tenuem & aspiratum sono pronuntur: infimum, quae ob tenuitatem soni, gratulitatem quandam praese ferunt.

† duplex elementum & complectitur & s, quibus non paulo resonat plenius & iucundius

B

us. Fit

us. Est miro enim modo, ut facta mixtura, alterum
alterius sonum commendet, id etiam boni accitatis
est & duplicibus.

Q.

Uterque primo penè aspectu hominem trahit
in sui cognitionem, figuræ magnitudine, uno
de nomen habet, quam æquat soni amplitudo. Fio
gura duo o o repræsentat, pronuntiatio tantum
dem soni commixtum promit. Prima figura a qua
minimum hætenus recessit, videtur duo o con
iunctius posita esse utroque circulo superne claus
so, ad quem modum etiam nunc a nonnullis efflo
giatur, quod eo dico, ne quis dabitet, contineri hic
simplicis o geminum sonum. Profertur ore rotun
do, composito & decenti laborum habitu, spiritu
ictum redente circa oris extremitatem, sono, quæ
habet magnificum collecto in altiori oris recessu
Et ut ordine postremum est, ita virtutis præstan
tia tertium sortitur locum, nullum enim elementum
post a longum & u felicitioris illo & plenioris
soni habetur.

Hætenus, res dum persequimur subtiles adeo
& minutus multorum ut fallant oculos subsidia
ussumus eorum, qui olim in his explicandis ma
gno studiorum fructu uti sati sunt, cum aliorum
quorundam, tum maxime elegantissimi Demetrii
illius Phalerei & Terentiani, quibus nescio utris
quid

quid queat inueniri acutius. In hoc quidem gene
re diphthogorum rationem (quod super esse ui
detur, tractandam suscipere lubenter) si quid
extaret, quo possemus aliquo pacto, mentis aciem
& cogitationes conuertere, ceu nauæ suam so
lent cursum ad cynosuram aut elicem sædæ a di
rigere. Neq; enim sapientis esse iudico, ducere ne
mine hoc ingredi pelagus. Quanquam quæ sit
diphthogorum ratio, quæ sonus debeat esse, facile
intelligitur, ex uocalium, unde constantur, natu
ra. Vetusissimos illos duarum uocalium sonum
una diphthongo expressisse, ipsæ nominis ratio
abunde satis declarat. Succedentes ætates autem
obseruauit, e quidem ad dubio, præsertim, cum ui
deam Ciceroniano ton docto sæculo, diphthongum
æ non fuisse pronunciatam, ut diphthongum
ueniebat, sed ut i tantum, quod luce clarius cer
nas apud Ciceronem, eo loco, quem in litera B ad
duximus in dictionibus bini & Siver. Cumq; ex
Aul. Gellio intelligamus eandem diphthongum in
dictione treis & similibus nihil nisi i sonuisse, ex
Græcorum autem diphthongis, quæ sdam profertur
sua lingua, & quidem pleno sono Galli & Ger
mani tum inferi q; superi, nõ tam disciplina, q; na
turæ sensu captantes, quod aures afficiat & im
pleat.

Porro syllabæ, literarum è quibus connectuntur

B 2 tur

tur, natura concipiunt, adeo, ut inter breues, alia
coningat alia breuiorem fieri, pro literarum nu-
mero, & longis item, aliam alia, propter eandem cau-
sam longiorem, secundum quam uarietatem, sono-
rum etiam nascitur diuersitas, nam additis uel de-
tractis literis, soni non tantum crescunt, aut di-
minuantur, sed & uel duricie & asperitate hor-
rescunt, uel mollicie & lenitate dulcescunt, sed
haec exemplo dilucidemus. In uerbo ὀδ' ὄσ, o bre-
uis est syllaba, accedente s, fiat ὄσδ' ὄσ, manet
qualis ante erat, adicitur insuper τ, & fiat ὄσδ'
τῶσ, breuis adhuc manet. Superaddamus & ter-
tiam literam s, & sit ὄσδ' ὄσ, ubi syllaba perma-
net breuis, tribus incrementis quae manifeste auri-
bus percipimus acceptis. Eadem tibi ratione cre-
scet per gradus longa, ut longa est syllaba ἰπ,
crescit, si dicas πῖπ, fiat πῖππ, & postremo
σπῖππ, magis atq; magis non modo literis, sed &
sono argebitur. Haec, ut & omnia quae de literis
diximus, eo spectant, ut rebus studeamus, quae pro-
pria eloquentiae laus est, uerba accommodare, ut
enim nihil est ineptius, quam in sublimi dicendi
genere: uerbis uti humilibus & abiectionibus, in-
humili contrariis, sonantioribus & grandiloquis, ita
absurdum fecerimus, si non, tractando res laetas, uer-
bis utamur splendidioribus & natura hilarioribus,
si tristitia contra prosequamur, non obscurio-

ra &


ra & minus ad lucunditatem apposita usurpamus:
quibus neglectis, nec ipsi elegantiore auctore ad
plenum capiemus, nec dicere quicquam dignum
eruditibus auribus poterimus. Atq; hic quidem est
scopus & usus, si quem ista inuadunt, fuerit hu-
ius, quaecumq; iudicabitur, opusculi, cui nihil eo-
rum atteximus, quae ex Prisciano adducti posse
uidebantur: Primum, compendii studio, & quod sa-
tis ille sit studiosis familiaris. Deinde, quod ad il-
lum ire cupiamus, si sint, qui plura desiderent qui
busdam de literis Latinis, Illud uero quod habet
de uario eiusdem uocalis sono, pro quantitatibus
accentibus, & spiritibus diuersitate, ut singu-
le uocales, decem aut plures accipiant
sonorum differentias. Illud inquam,
pulchre conuenit & conferen-
dum duco, cum ijs quae pau-
lo ante de syllabis, Deme-
trium sequuntur, tra-
didimus.

F I N I S.

IO. FRANCISCI QVINTI
ani Stoic. de prolatione litterarum.

- A** sub directo memorabilis oris hiatus est.
B simul inclusis profertur utrinq; labellis.
C linguam ad pulsos compellit ad usq; molares.
D cogit superos linguam contingere dentes.
E paulum pressa profertur gutture lingua.
F labrum inferius superis cum dentibus urget.
G damus extremū quum tangit linguā palatum.
H oritur tractis quum uentus faucibus balat.
I linguam impellit collidit dentibus imis.
K fauces formant media cum parte palati.
L facit extremum contingens linguā palatum.
M quū sit pressum premitur p̄ utrumq; labellū.
N lingua ad pulsa collidit litterā dentes.
O uenit, exoritur quum spiricus ore rotundo.
P datur eruptis ter litterā quinta labellis.
Q fit in ad pulsu quum stringimus ora palati.
R facit ut sup̄ero crispetur lingua repulsa.
S quum sit peragit colli so sibilu dente.
T linguam impulsu contactis dentibus exit.
V facit os stricturn: sic promula labra fatigat.
X reddit quicquid c. atq; s, formare uidemus.
Y app̄r̄ehensis labris procedere iustum est.
Z sepulchrales imitatur concita dentes.

Handwritten text, possibly a signature or date, located in the upper left corner of the page.



Ἡ ἀγάπη πάντα σέλι.

In ipso beneficio vobis tanta magnitudo est ut eam
comprehendi non possim.